

se illi tantum debere profiteretur, quantum persolvere difficile sit.
Itaque à me, qui eodem in aere sum, petere videtur, ejus causam
ut suscipiam, illique propter hoc officium, quid omnes de eo et sen-
tiant et loquantur, aliqua ratione significem. Ego, licet ipsa
eum recte factorum conscientia contentum esse, nihil prater ea
requirere, exploratum habeam: tamen ut Scholasticorum no-
strorum honestissimo desiderio ne desim, do me libenter in eam
partem, in quam etiam mea sponte propendebam: et ad ostenden-
dum non eorum modo animum, sed etiam observantiam et pietatem
in eum meam, orationunculam hanc operi huic rogatus inscripsi,
tenuem quidem, fatror, neque hoc officio, quod in nostram Ecclési-
am et Scholam contulit, satis dignam, sed, ut spero, hujus te-
nuitatem humanitatis illius magnitudo sublevabit. Vale, optime
Lector. Ex Museo nostro, Decimo sexto Calend. Martij. Anno Xpian-
gorias 1595 7 quo die natus est Philippus Melanthon, pie
memoriae, Anno. 1497. 7

M. Christophorus Nostwitz
Patriæ Scholæ Moderator.